14

LUCII APRONII OBSERVATIONES MAGNATUM EUROPÆ.

Inventa quæ novitate conſtant, ſectatores Laudatoreſque facile inveniunt. Tacit. II. ann. c. 4.

27

ANNO M. DC. LVI.

12 . 8.

Digitized by Google

Præloquium.

Q Vemadmodum ſyderum
Ni. Burg l. belg l.b.1. ita & rerum vices circuma-
guntur raroque Gentibus
tam felicia fata ſunt ut in
eodem ſtatu diu tranquillæ
Tacit. 4. ann. 1. peidurent. Nulla Imperij
moles tam eſt firma quæ
non aliquando concutiatur
Barcl. Euph part. 1. & corruat Nihil æternum mortalitati indulge-
tur: Quantoque plura recentiam ſeu veterum
ſcriptorum revolvo, tanto magis ludibria rerum
Tac 3. ann. 15. mortalium cunctis in negotiis obverſari ſentio,
& tanta quidem celeritate, ut brevibus quoque
3. ann 14. momentis ſumma rerum verti, cum Iunio Ruſti-
co fateri neceſſe ſit. Satis grandia hujus rei do-
cumenta *Mergania* noſtra paucis uſque huc annis
dedit, utque è pluribus unicum tantummodo
memorem vicina Polonia qua de aliisque impe-
riis pauca in præſentiarum diſſeram. Et quan-
quam non defore ſciam qui inutili ſcriptioni par-
Barcl. Arg. l. 2. cen dum fuiſſe putabunt, jamque dudum intem-
peſtivum hocce ſapientiæ genus eviluiſſe, Non
ignorare itidem Reges & Principes ſe errare, nec

à priva-

à privato monitos emendationem promittere, ſcribentiumque procacitatem non ſine Maxima auctorum ignominia coerceri à Magnatibùs debere: Non tamen ferient, quippe juſtiſsimos tum metus facerent, ſi maledicentiam in animo haberem, aut tum ore intempeſtivæ cenſuræ, jam vulgarem, plebejamque vanitatem inflarem. Longe certe alia conſilij mei ratio eſt, Præſtantiſſimorum Hiſtoricorum hac de re verba & mentem tantummodo certis ſub Perſonis conferre hic propoſui, ita autem illi.

Gramond. h. Gall. l. 3. *Svet. Domit. c. 8.* *Tacit. 6 ann. 3. 9.* *Barcl. Arg. l. 2.*

Ratio Status.

Quæcunque pertinent ad Imperii ſecuritatem tuendam uti ſunt claſſes, legiones, provintiæ, multum intereſt inter ſe eſſe connexa. Tacit. 1. ann. c. 9.

Ex diſtantibus namque terrarum ſpatiis conſilia poſt res afferuntur eamque ob cauſam Perſarum Regnum quamvis provintiarum hinc inde ſitarum magnitudine vaſtiſsimum, ob inter ſe diſtantiam & quod militares copiæ hinc inde divulſæ, infirmum atq; imbecillum pronunciavit jam

Tacit. l. 3. hiſt. *Flor. l. 3 c 12.* *Xenoph. l 1. d. ex Cyr.*

 olim

Digitized by Google

Guicc. l. 13. hiſt. olim Xenophon. & diſtractum in orientalem &
Maria. d. ub. hiſt. 1. occidentalem Indiam Imperium, hiſpanicæ imbecillitetis cauſam hactenus fuiſſe fuſius diſſerunt inſigniores hiſtorici : Sveonum vero formidabile
Invent. Svec Goth. l. 1. Chemnitz. l. 1. hiſt Svec. imperium quis non hac in parte feliciſſimum predicet, ut quod circa ſe Bothniam & Lapponiam à Septentrione, ab oriente Finlandiam & Livoniam, à meridie Pomeraniam duplicem, Balthico mari adiacentes teneat, ut de hoc verisſime dici queat, claſſes, Legiones & provin-
Tacit. 1. ann. 9. cias inter ſe eſſe connexas, firmiſsimiamque hinc imperri ejus ſecuritatem.

Rex Sueciæ.

Non ignavia magna continentur imperia, ſed virorum armorumq; faciendum eſt certamen. Tacit. 15. ann. 1.

Fam ſtrad. dec. 1. l. 1. Tacit. 2. ann 28. Principi magnum imperij corpus magna animandum eſt nec deſidi mente; vigilem ad omnia oculum habeat, & ſi quæ imperio mala immine-
2 ann 3. ant, præveniat cuncta, priusquam adoleſcant, ipſisque in cunis apprimat. Pax gentium & inco-
1. ann. 78 lumitas Regnorum non amicitia vicinorum, ſed armorum motu ſuſtinetur, non gentium quies
ſine

ſine armis,&impoſsibile ſine bello nos turos ſemper eſſe poſſe, conſulat prius mox mature perficiat,& quis dubitaret quæſo,nimiam Sveonũ Regis patientiam à vicino hoſte Polono, irreparabile damnum Regno proprio intuliſſe, ni veloci propulſatione avertiſſet.

Dio. Caſſ. l. 52.
Sall. Catil. c. 2.

Exercitus Svecicus.

Perfidi & Pacis ruptores,ultioni & gloriæ mactandi ſunt.

Tacit. 2. ann. 13.

Bene ac ſapienter Guicciardinus dicit,fædera inter Reges & Principes icta ea firmitate non eſſe, ut ſperari non poſsit unum fæderatorum aut remisſiorem fore, aut ab alio plane ſejunctum iri, præter innumera perfidiæ hujus exempla tædioſum ſatis Sarmatia turbata præbet, quãta enim cum religione ac fide induciæ & pax Sueco-Polonica ſancita non eſt, adeo ut vel tenaciſſime duratura præſumpta fuerit, & verè quidem, niſi cum vaga & inconſtanti gente, (uti eos inſignis quidam hiſtoricus noſtri ævi incuſat) inita eſſet, verum non inultum tulit dum divina ſeſe fulminans dextra libens ſupplicum Sveonum pietati ad ſuperborum improbitatem & perfidiam vindicandam, adjunxit.

Guicc. l. 2. hiſt.
Fam. Strad. bell. belg d. 2. l. 4.

 Vice

Vice-Cancellarius Polonicus.

Plus timendum ab eo quem, læſiſti, quam ſperandum à multis quorũ inſerviiſti commodis. Fam. Strad. decad. 2. bell. Belg. l. 1.

Sine ſcelere & periculo contumelioſe haberi non poſſunt in imperio præcipui viri & magnates. Vnus ſive literarum ſive militiæ peritus, quam ſæpe privatam injuriam publice ultus eſt, quam ſæpe unus vicit, unus partes inclinavit periculoſum eſt iſtum lædere, quem prius magnum feceris, exempla cuivis vel mediocriter in hiſtoriis verſato obviam, & in quantũ læſi huius Vice-Caucellarij Regni arcana ad victoriam prodigioſam adjumento fuere, prudentioribus ſatis notum puto.

Barcl. Arg. l. 1. c. 13.

Rex Poloniæ.

Principibus Potentiam augere volentibus quæſiti obtentus nunquam deſunt. Dionyſ. Voſs. ann. belg. l. 15.

Bello

Bello movendo cauſas nunquam deeſſe in- *Reidan.*
quiunt Patres ad Eliſabetham Angliæ Reginam, *Ann. Belg. l. 15.*
creberrimæq; fere eſſe ſolent cupido proferendi *Tacit. 1. ann.*
imperii & magnarum opum. Sed ignorare eam *c. 3.*
veram non poteris *Sereniſsime Caſimire* nec opus
hicce reos cauſas belli impulſivas reddere easque
juſtas demonſtrare, bene hoc orbis novit, pru-
dentiores prodidere ad ſacietatem in publicum,
& hoſtiam plerique ipſi confeſsi ſunt, juſtaque ar-
ma concomitans fortuna prodidit, deſinas itaq;
quæſitos obtentus, proprias appellare irritatio-
nes & fœdifragia.

Rex Sveciæ.

Vnius Imperio res omnis melius geritur. Barcl. Arg. l. 1. c. 18.

Cuncta ad Senatum vocando vis principatus *Tacit. 1.*
reſolvitur, eaque imperandi conditio eſt ut non *ann. 6.*
aliter ratio conſtet quam ſi uni reddatur. Lex & *Forſt. ad Tac. l. 1 ann.*
Princeps qui animata lex eſt, jubeant non diſpu- *Tacit. 6.*
tent. Regibus ſummum rerum judicium Dij *ann. c. 8.*
dedere, ſubditis obſequii gloria relicta eſt; Et
quanto plura ſeu veterum ſeu recentiorum revol-
vo, tanto magis unum Reipublicæ corpus uni-
us animo regendum eſſe probatur, turbatisque *1. ann. 12.*
maxime Polonorum rebus, præſentiſsimum re- *l. 4. ann. c.*
medium *33.*

Digitized by Google

medium ab unius imperio neceſſario petendum fuit.

Rex Poloniæ.

Maturius inter multos, quam Rege ab uno publica Regni expenduntur negotia.

Barcl. Arg. 1. cap. 18.

Tacit. 1. ann. 11. Plures facilius uno ſociatis laboribus imperii munia ſuſtinent. Vnius mens vix tantæ molis capax, Magnatumque imperium juxta libertatem.

6 ann. 42. verum illum rerum ſtatum ego abnuo ſuſpecto Senatus populique imperio, ob certamina

1. ann. 2. potentum & avaritiam Magiſtratuum. Illud

d. Mor. Germ. c. 11. quoque ex optimatibus Sarmatiæ vitium, quod non ſemel nec juſsi conveniunt: Sed multi dies

Agric. c. 11. Plutarch. in Cleom. contatione cœuntium conſumuntur, factionibus plerumq; & ſtudiis trahuntur, ut jam olim Ephororum tempore Spartis contigit; ideoque ſi bene conſtituta Reſpublica eſſe debet, ab uno poteſtas, legibus quanquam circumſcripta dependeat neceſſe eſt.

Polonia.

Alienigenum Dominium nemo

nemo patitur lubens. Tacit. 1. & 11. ann. 16.

Sic Roma acceptum Regem aſpernabantur Parthi, & ſuis quisq; paret ſemper placidius; Exterorum prætererea imperia raro diuturna fuere & ut vetera hac vice omittam Angli Franciæ poſſeſſione quam olim tenuere citiſſime exciderunt. Franci Siciliam Neapolitanum Regnum, & Inſubriam ſui olim Dominij provincias nec ipſi diu retinuerunt idq; utplurimum eam ob cauſam, quod diverſi populorum mores, diverſa ingenia & diverſæ leges, & Princeps qua apud ſuos gubernandi ratione utitur, etiam in devictos uti volet. Armorum certe contra Principem ſumptorum, non aliam magis fuiſſe cauſam Batavi aſſerunt, quam quod rex ea ratione quam in Hiſpania uſurpabat, etiam in Belgio regendo uti vellet. Verum in peregrino Rege hæc omnia concedo.

Tacit. 2. ann. c. 1. Curt. hiſt. 6. c. 2.

Guicciar. & Thuan.

Hier. Coneſt. l. 1. bel. belg.

Konigsmarck Iunior.

Peſſimum nonnunquam fatum in illos oiſævire ſolet, qui etiam regibus fuere cari. Barcl. Arg. l. 1. c. 6.

Digitized by Google

Miraremur & hancce & aliorum Magnatum volubilem fortunam amplius, niſi crebræ rerum humanarum vices, pene omnium rerum admirationem ſuſtuliſſent. Præcipuis & civilibus & militaribus viris ruinæ ſuæ cauſa, vel in ſe vel in Dominis eſt, ſed quis ſub mitiſsimo Rege hanc ab eo ſuſpicetur, nimia ſæpe (ſi cauſam ſcire libet) attentat parum cauta & intemperans iuventus & militaris diſciplina etiam à præcipuis vim ſibi inferri non patitur, in qua duriter interdum ad cæterorum terrorem inque exemplum ſtatuendum eſt.

Cæſar.

Hoſtibus duobus certantibus, prudentis vicini eſt ne ſit abſque robore, quod ſit ſubſidio victis & terrori victoribus, ne nimia tandem fortuna elati ſuã quoq; perturbent pacem.

Tac. 12. ann. 28.

Tacit. 12. ann. 29. Sic Vannius Svevorum Rex, ab Hermundorum Rege Imperio depulſus eſt, nec tamen Claudius Imperator Romanorum quamquam ſæpius rogatus

rogatus arma certantibus hoſtibus interpoſuit; ſive proferendi imperii incurioſus: ſeu mutuis cladibus hoſtem atteri volens, quo viribus exhauſtos poſtea felicius aggrederetur, ceu facinus externum cum lætitia habendum ratus: ſed Publio Atellio Hiſtro, qui tum vicinæ Provinciæ præſidebat, reſcripſit, legionem, ipſaque è provincia Plecta auxilia pro ripa componeret, ſubſidio victis & terrori victoribus. Prudenter itaq; Cæſarea egit Majeſtas, quod vicinam Sileſiam ad ſui defenſionem collectis viribus inſedit hactenus, cum facile alias aliquid mali propter vicinũ malũ & in ea exoriri ex contagione bellica potuiſſet cui nunquam ſtatui modus poteſt: Qua vero de cauſa hactenus labantibus Poloni rebus ſeſe immiſcere præter ſpem vulgi noluerit, prudentioribus excutiendum remitto: certum interea eſt, non minimam cauſam eſſe, quod totam ferè Europam armis ſuis (uti Hiſpaniam, Italiam, & Principes omnes Catholicos) innexam iterum fore, Cæſarea Majeſtas prudenter proſpiciat.

Pontifex.

Non video quomodo qui faſtigium hoc altiſsimum tenet ſaluti ſuæ conſulere poſsit. Thuan. hiſt. 15.

Ne propriis verbis (quod capitale apud Eſavitas foret) loqui videar en ipſum inſignem & veriſſimum Hiſtoricum Auguſt. Thuanum & ipſum Catholicum, cujus hæc verba: Marcellus Cervinus poſt Iulij mortē ad Pontificatum Anno Chriſti. 1555. evectus, aliquando menſa manu percuſſa dixit non videre ſe quomodo qui &c. Sublime quidem & ſubjectum fortunæ cuncta regendi onus eſt; Maximumq; Pontificale inſigne decus, aſt niſi moderate perferatur, id quod maximæ difficultatis, in ipſum qui ſuſtinet ruit trahitq; æternum ad interitum, ſed in tantum jam excrevit humana Pontificum ambitio, ut Divinis honoribus parum etiam relinquatur. Videant ideoq; Pontifices (cum Regum Principumve perſonas inſectari mihi nunquam fuerit nec dum ſit animus) ut, ſi ſaluti ſuæ conſulere velint, (quam nullatenus illis denego) bene ſubditis ſuis cum cōſcientia imperent, cum imperante jam Alexandro. VII. mitem erga nos animum retineant, dominationis miniſtros arceant, ſervent ſacramenta & fidem exſolvant, cogitentq; illam potentiæ magnitudinem, cui numen arcana vi mortales ſubeſſe imperavit non in illorum gratiam, qui ad hoc faſtigium legerentur, inſtitutam ſed in eorum qui parerent; Cuncta itidem mortalium incerta, quantoq; plus quis adeptus, tanto ſe magis in lubrico eſſe; nihil pu-

lib. 15 hiſt. p. 461.
Tacit. 1. ann. 11.
Curt l. 7. c. 4.
Tacit. 1 ann. c. 10.
Barcl. icon. anim c. 13.
Tacit. 1. ann. 72.

hil publica quiete ſibi antiquius ducant ſerio & jurent cum Vitellio Cæſare. *Suet. Vitell. c.8.*

Hiſpanus.

Divitiæ Indicæ & mea adaugendi inſatiabilis cupiditas externos mihi hoſtes alliciunt.

Tacit. 11. ann. 18.

Sic ſi antiqua evolvere lubet, ob divitiarum famam, Cyprum invaſit populus Romanus. Et *Flor. l.3. c.9.* magnarum opum cupido frequentiſſima alios invadendi cauſa eſſe ſolet. Fama ditis Regni, Lydij, aliæq; gentes Vanni Svevorum Regis invaſere terras. Gannaſcus Coninefas Gallorum maxime oram vaſtabat, non ignarus dites eos eſſe. Ptolomeum Regem perdidere opes congeſtæ. De poſteriori cauſa, Lacedæmanij dictitarunt ſibi eſſe anſam belli cum Athenienſibus, ut impotentem eorum dominationem infringerent. Et Ferdinandus Hiſpaniæ Rex cum Anno Chriſti 1505. ſuſpectam Galli potentiam ſummè haberet, Henricum VIII. generum Angliæ Regem, ad bellum Gallo inferendum permovit. Sed non ſemper intenditur potentia, dum extenditur, nam videmus navigia quæ mole ſua modum excedunt regi non poſſe & unitas vires diſperſis longe valen-

Tacit. 4. hiſt. 74. 12. ann. 24. 11. ann. 18. Plutarch. in Ptolom. & Amm. Marcell. Corn. Nep. Lyſand. Thuan. hiſt. l. 1. Strad. Dec. 2. l. 6. 66.

 tiores

tiores eſſe& quis non ex hiſce duobus cauſam inter alias, exorti belli verſutisſimum Anglum inter atq; gravisſimum Hiſpanum facile ſubodorabit.

Gallus.

Volentem fatum (Mazarini) ducit, trahit nolentem. Senec. Trag.

Magnum quidem & periculi plenum, privatos homines tanta magna potentia ornare, ut& Regibus ipſis imperare audeant. Gliſcit namq; privata autoritas dum in lubrico eſt Regis ætas, turbidaque inter clareſcit imperij cupidus: Sed pauci inveniuntur inter Reges & Ptincipes qui non aliquem præter cæteros ſibi clarum inter vitæ & ſecretorum conſortium admiſerint; ijsque opes habent cum cuncta ſcientia ſua complecti nequeant, & nullum majus boni imperij inſtrumentum quam boni aramici. Verum coarctari debet illorum poteſtas, nec Principis eſſe pari Præclare Hepheſtio apud Alexandrum cognomine Magnum apud quem non alius admonendi jus habebat, ita potentiam ſuam uſurpabat, ut magis á Rege permiſſa, quam vindicata ab eo videretur. Contra Claudius Cæſar ab uxore ut à parvo æthiope elephas circum agebatur. Franciſcus.

Dion. Voſ. ann. belg. 5.
Gram. hiſt. Gall. l 2.
Barcl. Arg. l. 1. c 6.
Tacit. 3 ann. 69. 4. hiſt. 7.
Curt. hiſt. l. 3. c. 12.
Svet. Claud. c. 28.

ciſcus. II. Franciæ Rex Guiſiis omnia tribuebat. Carolus itidem VIII. ejuſdem Franciæ Rex cuncta Guilielmo Briſſonetto Ludovicum XIII. rexit Cardinalis Armandus Riſchelius ejuſdemque nominis XV. hodie imperantem Cardinalis Mazarini; ut ita fere radicatum hoc in Gallia malum videatur ſed propter veritatis invidiam cui par nunquam forem de hiſce tacco.

Thuan. hiſt. l. 24. & 25. Guicciard. hiſt. l. 1.

Britannus.

Primæ ſane dominandi ſpes in arduo ſunt, ubi autem ſumus ingreſsi adſunt ſtudia & miniſtri. Tacit. 4. ann. c. 7.

Facile privato arduum eſſe credo; in ampliſſimo imperio Regiam omnem ſceleribus ſubvertere familiam, quæ deindi non niſi ſceleribus, juxta prudentiſſimi Senecæ effatum tueri poſſunt; Tarquinianum iſtud conſilium, decapitandi ſumma ſapaverum, permulti ſed infauſto plane exitu tentarunt, & ſi cuipiam initia ceſſere ceſſavit fines, adeo ut eo majorem inde gloriam & admirationem reportet hodiernus (facinorum) protector, ſed quam quæſo is gloriam, qui periculum ex miſericordia veretur, tollendum prio- *Tacit. 3. hiſt.*

rum

rum Regum ſanguinem, ſæviendum in eminentes Viros, atque omnem formidoloſam virtutem cenſet: cuique deniq; lictores, delatores, carnifices, cruces ſecures, unica incolumitatis munimenta ſunt. Iulii Cæſaris forteaſſi exemplum ſibi proponere quis crederet, qui nimia clementia illis quibus ignoverat, conjurationibus locum fecit, & Tiberium Cæſarem imitari, qui ferro & inſidiis ſecuritatem ſibi querebat; Auguſtum itidem qui ex neceſſitate, quæ violentos Regnorum occupatores tenet, adactus, ad ſæviſſimam Romanæ Nobilitatis proſcriptionem deſcendit. Poſtquam vero Anglicus ille Gubernator jam ſibi tali modo ad tempus imperium ſtabilivit, quos non prudentes Ahitophilos & Florentinos conſultores habuit, adeo ut conſiliis & aulæ eius intereſſe, feliciſſimum ſe quisque hactenus æſtimarit & ad ſacietatem ſtudia & miniſtri adſuerint.

Forſt. ad Tac. 1. ann.

Plutarch. in Ceſar.

Tacit. 1. ann. 6.

4. ann. c. 7.

Danus.

Certiſſima Imperij mei diſſolutio cogitanda, ſi fructus quibus Reſpublica Danica ſuſtinetur diminuantur.

Tacit. 13. ann. 50.

Maxi-

Maxima redituum illius Reipublicæ pars in vectigalibus conſiſtit, quibus immodicis ne in ſe civium fidem Princeps laceſſat ad publicam pacem eſt. Nec diminuenda ſunt tempore non neceſſario Cæſaris Neronis exemplo qui inepte aliquando dubitavit, an cuncta vectigalia omitti juberet, idque pulcherrimum donum generi mortalium daret, ſed impetum ejus multa primũ laudata magnitudine animi, attinuere Senatores, diſſolutionem imperii docendo, ſi fructus quibus Reſpublica ſuſtinetur, diminuerentur; Nec Gentium præterea quies ſine armis, nec arma ſine ſtipendiis, nec ſtipendia ſine vectigalibus haberi queunt.

1. ann. 78. *Tacit. 13. ann. 50.* *2. hiſt. c. 9.* *1. ann. c 78.*

Chriſtina.

Non infimi tantum aut mediocris conditionis homines ſed Reges quoque & Principes, omnesque eorum actiones etiam viliſsimæ plebis cenſuræ ſubjecti ſunt. Tac. 3. ann. 11.

Sed generoſus eqvus non curat latratus canum, & prudentis eſt vana populi fama non mo- *2. ann. c. 76.*

 veri,

veri, cujus inania nunquam ſunt pertimeſcenda
Barcl. Arg. l. 1. quæque multum admodum fingere ſolet; ſtulti-
tus merito & jure haberetur qui Iulio menſe
iter faciens, non ferret locuſtas ſtridentes Quinti
Fabij præcipua laus eſt, quod quamvis vulgi ru-
Liv. 22. hiſt. dec. 1. moribus timidus & ignavus argueretur, à ſenten-
tia tamen cunctandi ſe abduci paſſus non eſt. I-
pſe Divus Iulius ipſe Divus Auguſtus Cæſares, &
tulere iſta & reliquere, ſingulari quidem ſapien-
tia, cum ſpreta exoleſcant, ſi iriſcare agnita vi-
Tacit. 4. ann. c. 34. deantur. Nunquam certe mihi placuit iſta teme-
raria Reges Principeſ ere inſectandi audacia, o-
mnis enim magna & legitima poteſtas, omnia-
que ſceptra utpote Paulo teſte à Deo, nobis ſancta
& venerabilia eſſe debent, nec poſſibile privato
in quantum etiam rem acu tetigiſſe videatur, ve-
1. ann. 1. & 47. ras Magnatum actiones indagari, cum ſint abiſ-
ſus arcanorum. Vt quiſque obvius quamvis le-
viter audita in alius, atq; illi in plures, (ut facile
2. ann. 82. inutiliter hac in re curioſos quoſdã novi) cumu-
lato mendacio transferunt, cum ſæpe de Magna-
Fam ſtrad. dec. 2. b. b. 1. tibus incerta ſpargi, & plerumque pro affectu a-
Tacit. 2. ann. c. 82. trociora & peſſima credi cogitare deberent;
Cuncta inſuper ſi ex longinquo aucta & in deteri-
3. ann. 44. us adferri. Regibus econtra & Principibus opti-
mum remedium erit ſi cum verſutiſſimo Tiberio
præter contemptum rumoribus tempus relin-
quant,

quant. quo cito ſeneſcant; cogitentque omnes *2. ann. c. 70.*
fere eo fato Magnates naſci, ut aliquid ſaltem *Barcl. Arg.*
pennarum ad hunc viſcum relinquant. *l. 3. c. 14.*

Moſcus.

Imperium mihi ſoli, ſubditis meis nihil præter obſequium relictum.

Dion. Voſs. Ann. Belg. l. 14.

Gentem hancce barbaram cum conſidero, dubitare fere cogor an ſubſiſtere queat illius Anaximandri apud ſæculi noſtri Clariſſimum Satyricum plauſibilis ſententia, ſcilicet cuncta animantia, ductu naturæ, non Regem aut alienam imperij, ſed libertatem, qua nihil ſuavius aut nihil propius cum natura conveniat, ſequi; Omnes itidem homines natura libertati ſtudere & conditionem ſervitatis odiſſe cum gens hæc adeo ſervitutis appetens ſit, ut etiam ipſi Bojares ſeu Principes Imperij Moſavici ſeſe Ducis ſui viliſſimos ſervos & ſcribant & glorientur, cæteraq; mancipia, ſi quando à Dominis interdum libertate donentur proxima iterum venditione & ſervitute teterrima nihil prius habeant referente inſigni quodam ſcriptore. & ne hoſce ſolos ita animatos

Barcl. Arg. l. 1. c. 11.

Cæſ. l. 3. bel. gall. 10.

Olear. itin. Perſ. part. 2.

matos

Digitized by Google

medium ab unius imperio neceſſario petendum fuit.

Rex Poloniæ.

Maturius inter multos, quam Rege ab uno publica Regni expenduntur negotia.

Barcl. Arg. 1. cap. 18.

Tacit. 1. ann. 11. Plures facilius uno ſociatis laboribus imperii munia ſuſtinent. Vnius mens vix tantæ molis capax, Magnatumque imperium juxta libertatem. *6 ann. 42.* verum illum rerum ſtatum ego abnuo ſuſpecto Senatus populique imperio, ob certamina *1. ann. 2.* potentum & avaritiam Magiſtratuum. Illud *d. Mor. Germ. c. 11.* quoque ex optimatibus Sarmatiæ vitium, quod non ſemel nec juſsi conveniunt: Sed multi dies *Agric. c. 11.* contatione cœuntium conſumuntur, factionibus *Plutarch. in Cleom.* plerumq; & ſtudiis trahuntur, ut jam olim Ephororum tempore Spartis contigit; ideoque ſi bene conſtituta Reſpublica eſſe debet, ab uno poteſtas, legibus quanquam circumſcripta dependeat neceſſe eſt.

Polonia.

Alienigenum Dominium nemo

nemo patitur lubens. Tacit. 1. & 11. ann. 16.

Sic Roma acceptum Regem aſpernabantur Parthi, & ſuis quisq; paret ſemper placidius; Exterorum prætererea imperia raro diuturna fuere & ut vetera hac vice omittam Angli Franciæ poſſeſſione quam olim tenuere citiſſime exciderunt. Franci Siciliam Neapolitanum Regnum, & Inſubriam ſui olim Dominij provincias nec ipſi diu retinuerunt idq; utplurimum eam ob cauſam, quod diverſi populorum mores, diverſa ingenia & diverſæ leges, & Princeps qua apud ſuos gubernandi ratione utitur, etiam in devictos uti volet. Armorum certe contra Principem ſumptorum, non aliam magis fuiſſe cauſam Batavi aſſerunt, quam quod rex ea ratione quam in Hiſpania uſurpabat, etiam in Belgio regendo uti vellet. Verum in peregrino Rege hæc omnia concedo.

Tacit. 2. ann. c. 1. Curt. hiſt. 6. c. 2.

Guicciar. & Thuan.

Hier. Coneſt. l. 1. bel. belg.

Konigsmarck Iunior.

Peſſimum nonnunquam fatum in illos ſævire ſolet, qui etiam regibus fuere cari. Barcl. Arg. l. 1. c. 6.

Digitized by Google

Miraremur & hancce & aliorum Magnatum volubilem fortunam amplius, niſi crebræ rerum humanarum vices, pene omnium rerum admirationem ſuſtuliſſent. Præcipuis & civilibus & militaribus viris ruinæ ſuæ cauſa, vel in ſe vel in Dominis eſt, ſed quis ſub mitiſsimo Rege hanc ab eo ſuſpicetur, nimia ſæpe (ſi cauſam ſcire libet) attentat parum cauta & intemperans inventus & militaris diſciplina etiam à præcipuis vim ſibi inferri non patitur, in qua duriter interdum ad cæterorum terrorem inque exemplum ſtatuendum eſt.

Cæſar.

Hoſtibus duobus certantibus, prudentis vicini eſt ne ſit abſque robore, quod ſit ſubſidio victis & terrori victoribus, ne nimia tandem fortuna elati ſuã quoq; perturbent pacem.

Tac. 12. ann. 28.

Tacit. 12. ann. 29. Sic Vannius Svevorum Rex, ab Hermundorum Rege Imperio depulſus eſt, nec tamen Claudius Imperator Romanorum quamquam ſæpius rogatus

rogatus arma certantibus hoſtibus interpoſuit; ſive proferendi imperii incurioſus : ſeu mutuis cladibus hoſtem atteri volens, quo viribus exhauſtos poſtea felicius aggrederetur, ceu facinus externum cum lætitia habendum ratus: ſed Publio Atellio Hiſtro, qui tum vicinæ Provinciæ præſidebat, reſcripſit, legionem, ipſaque è provincia Plecta auxilia pro ripa componeret, ſubſidio victis & terrori victoribus. Prudenter itaq; Cæſarea egit Majeſtas, quod vicinam Sileſiam ad ſui defenſionem collectis viribus inſedit hactenus, cum facile alias aliquid mali propter vicinũ malũ & in ea exoriri ex contagione bellica potuiſſet cui nunquam ſtatui modus poteſt: Qua vero de cauſa hactenus labantibus Poloni rebus ſeſe immiſcere præter ſpem vulgi noluerit, prudentioribus excutiendum remitto: certum interea eſt, non minimam cauſam eſſe, quod totam ferè Europam armis ſuis (uti Hiſpaniam, Italiam, & Principes omnes Catholicos) innexam iterum fore, Cæſarea Majeſtas prudenter proſpiciat.

Pontifex.

Non video quomodo qui faſtigium hoc altiſsimum tenet ſaluti ſuæ conſulere poſsit. Thuan. hiſt. 15.

Digitized by Google

Ne propriis verbis (quod capitale apud Eſa-vitas foret) loqui videar en ipſum inſignem & veriſſimum Hiſtoricum Auguſt. Thuanum & ipſum Catholicum, cujus hæc verba: Marcellus Cervinus poſt Iulij mortē ad Pontificatum Anno Chriſti. 1555. evectus, aliquando menſa manu percuſſa dixit non videre ſe quomodo qui &c. Sublime quidem & ſubjectum fortunæ cuncta regendi onus eſt; Maximumq; Pontificale inſigne decus, aſt niſi moderate perferatur, id quod maximæ difficultatis, in ipſum qui ſuſtinet ruit trahitq; æternum ad interitum, ſed in tantum jam excrevit humana Pontificum ambitio, ut Divinis honoribus parum etiam relinquatur. Videant ideoq; Pontifices (cum Regum Principamve perſonas inſectari mihi nunquam fuerit nec dum ſit animus) ut, ſi ſaluti ſuæ conſulere velint, (quam nullatenus illis denego) bene ſubditis ſuis cum cōſcientia imperent, cum imperante jam Alexandro. VII. mitem erga nos animum retineant, dominationis miniſtros arceant, ſervent ſacramenta & fidem exſolvant, cogitentq; illam potentiæ magnitudinem, cui numen arcana vi mortales ſubeſſe imperavit non in illorum gratiam, qui ad hoc faſtigium legerentur, inſtitutam ſed in eorum qui parerent; Cuncta itidem mortalium incerta, quantoq; plus quis adeptus, tanto ſe magis in lubrico eſſe; nihil pu-

lib. 15 hiſt. p. 461.

Tacit. 1. ann. 11.

Curt l. 7. c. 4.

Tacit. 1 ann. c. 10.

Barcl. icon. anim c. 13.

Tacit. 1. ann. 72.

hil publica quiete ſibi antiquius ducant ſerio & jurent cum Vitellio Cæſare. *Svet. Vitell. c.15.*

Hiſpanus.

Divitiæ Indicæ & mea adaugendi inſatiabilis cupiditas externos mihi hoſtes alliciunt.

Tacit. 11. ann. 18.

Sic ſi antiqua evolvere lubet, ob divitiarum famam, Cyprum invaſit populus Romanus. Et magnarum opum cupido frequentiſſima alios invadendi cauſa eſſe ſolet. Fama ditis Regni, Lydij, aliæq; gentes Vanni Svevorum Regis invaſere terras. Gannaſcus Coninefas Gallorum maxime oram vaſtabat, non ignarus dites eos eſſe. Ptolomeum Regem perdidere opes congeſtæ. De poſteriori cauſa, Lacedæmanij dictitarunt ſibi eſſe anſam belli cum Athenienſibus, ut impotentem eorum dominationem infringerent. Et Ferdinandus Hiſpaniæ Rex cum Anno Chriſti 1505. ſuſpectam Galli potentiam ſummè haberet, Henricum VIII. generum Angliæ Regem, ad bellum Gallo inferendum permovit. Sed non ſemper intenditur potentia, dum extenditur, nam videmus navigia quæ mole ſua modum excedunt regi non poſſe & unitas vires diſperſis longe valentiores

Flor. l.3. c.9. Tacit. 4. hiſt. 74. 12. ann. 24. 11. ann. 18. Plutarch. in Ptolom. & Amm. Marcell. Corn. Nep. Lyſand. Thuan. hiſt. l. 1. Strad. Dec. 2. l. 6. 66.

tiores eſſe& quis non ex hiſce duobus cauſam inter alias, exorti belli verſutiſſimum Anglum inter atq; graviſſimum Hiſpanum facile ſubodorabit.

Gallus.

Volentem fatum (Mazarini) ducit, trahit nolentem. Senec. Trag.

Magnum quidem & periculi plenum, privatos homines tanta magna potentia ornare, ut & Regibus ipſis imperare audeant. Gliſcit namq; privata autoritas dum in lubrico eſt Regis ætas, turbidaque inter clareſcit imperij cupidus: Sed pauci inveniuntur inter Reges & Principes qui non aliquem præter cæteros ſibi clarum inter vitæ & ſecretorum conſortium admiſerint; ijsque opes habent cum cuncta ſcientia ſua complecti nequeant, & nullum majus boni imperij inſtrumentum quam boni aramici. Verum coarctari debet illorum poteſtas, nec Principis eſſe pari Præclare Hepheſtio apud Alexandrum cognomine Magnum apud quem non alius admonendi jus habebat, ita potentiam ſuam uſurpabat, ut magis á Rege permiſſa, quam vindicata ab eo videretur. Contra Claudius Cæſar ab uxore ut à parvo æthiope elephas circum agebatur. Franciſcus.

Dion. Voſſ. ann. belg. 5.
Gram. hiſt. Gall. l. 2.
Barcl. Arg. l. 1. c. 6.
Tacit 3 ann. 69. 4. hiſt. 7.
Curt. hiſt. l. 3. c. 12.
Suet. Claud. c. 28.

ciſcus. II. Franciæ Rex Guiſiis omnia tribuebat. Carolus itidem VIII. ejuſdem Franciæ Rex cuncta Guilielmo Briſſonetto Ludovicum XIII. rexit Cardinalis Armandus Riſchelius ejuſdemque nominis XV. hodie imperantem Cardinalis Mazarini; ut ita fere radicatum hoc in Gallia majum videatur ſed propter veritatis invidiam cui par nunquam forem de hiſce tacco. *Thuan. hiſt. l. 24. & 25. Guicciard. hiſt. l. 1.*

Britannus.

Primæ ſane dominandi ſpes in arduo ſunt, ubi autem ſumus ingreſsi adſunt ſtudia & miniſtri. Tacit. 4. ann. c. 7.

Facile privato arduum eſſe credo; in ampliſſimo imperio Regiam omnem ſceleribus ſubvertere familiam, quæ deindi non niſi ſceleribus, juxta prudentiſſimi Senecæ effatum tueri poſſunt; Tarquinianum iſtud conſilium, decapitandi ſumma ſapaverum, permulti ſed infauſto plane exitu tentarunt, & ſi cuipiam initia ceſſere ceſſavit fines, adeo ut eo majorem inde gloriam & admirationem reportet hodiernus (facinorum) protector, ſed quam quæſo is gloriam, qui periculum ex miſericordia veretur, tollendum prio- *Tacit. 3. hiſt.*

rum

rum Regum ſanguinem, ſæviendum in eminentes Viros, atque omnem formidoloſam virtutem cenſet: cuique deniq; lictores, delatores, carnifices, cruces ſecures, unica incolumitais munimenta ſunt. Iulii Cæſaris fortean exemplum ſibi proponere quis crederet, qui nimia clementia illis quibus ignoverat, conjurationibus locum fecit, & Tiberium Cæſarem imitari, qui ferro & inſidiis ſecuritatem ſibi querebat; Auguſtum itidem qui ex neceſſitate, quæ violentos Regnorum occupatores tenet, adactus, ad ſæviſſimam Romanæ Nobilitatis proſcriptionem deſcendit. Poſtquam vero Anglicus ille Gubernator jam ſibi tali modo ad tempus imperium ſtabilivit, quos non prudentes Ahitophilos & Florentinos conſultores habuit, adeo ut conſiliis & aulæ eius intereſſe, feliciſſimum ſe quiſque hactenus æſtimarit & ad ſacietatem ſtudia & miniſtri adſuerint.

Forſt. ad Tac. 1. ann.

Plutarch. in Cæſar.

Tacit. 1. ann. 6.

4. ann. c. 7.

Danus.

Certiſsima Imperij mei diſſolutio cogitanda, ſi fructus quibus Reſpublica Danica ſuſtinetur diminuantur. Tacit. 13. ann. 50.

Maxi-

Maxima redituum illius Reipublicæ pars in vectigalibus conſiſtit, quibus immodicis ne in ſe civium fidem Princeps laceſſat ad publicam pacem eſt. Nec diminuenda ſunt tempore non neceſſario Cæſaris Neronis exemplo-qui inepte aliquando dubitavit, an cuncta vectigalia omitti juberet, idque pulcherrimum donum generi mortalium daret, ſed impetum ejus multa primũ laudata magnitudine animi, attinuere Senatores, diſſolutionem imperii docendo, ſi fructus quibus Reſpublica ſuſtinetur, diminuerentur; Nec Gentium præterea quies ſine armis, nec arma ſine ſtipendiis, nec ſtipendia ſine vectigalibus haberi queunt.

1. ann. 71. *Tacit. 13. ann. 50.* *2. hiſt. c. 9.* *1. ann. c 78.*

Chriſtina.

Non infimi tantum aut mediocris conditionis homines ſed Reges quoque & Principes, omneſque eorum actiones etiam viliſsimæ plebis cenſuræ ſubjecti ſunt. Tac. 3. ann. 11.

Sed generoſus eqvus non curat latratus canum, & prudentis eſt vana populi fama non moveri, *2. ann. c. 76.*

C

veri,

veri, cujus inania nunquam ſunt pertimeſcenda
Barcl. Arg. l. 1. quæque multum admodum fingere ſolet; ſtoli-
tus merito & jure haberetur, qui Iulio menſe
iter faciens, non ferret locuſtas ſtridentes. Quinti
Fabij præcipua laus eſt, quod quamvis vulgi ru-
Liv. 22. hiſt. dec. 1. moribus timidus & ignavus argueretur, à ſenten-
tia tamen cunctandi ſe abduci paſſus non eſt. I-
pſe Divus Iulius ipſe Divus Auguſtus Cæſares, &
tulere iſta & reliquere, ſingulari quidem ſapien-
tia, cum ſpreta exoleſcant, ſi iraſcare agnita vi-
Tacit. 4. ann. c. 34. deantur. Nunquam certe mihi placuit iſta teme-
raria Reges Principeſque inſectandi audacia, o-
mnis enim magna & legitima poteſtas, omnia-
que ſceptra utpote Paulo teſte à Deo, nobis ſancta
& venerabilia eſſe debent, nec poſſibile privato
in quantum etiam rem acu tetigiſſe videatur, ve-
1. ann. 1. & 47. ras Magnatum actiones indagari, cum ſint abiſ-
ſus arcanorum. Vt quisque obvius quamvis le-
viter audita in alius, atq; illi in plures, (ut facile
2. ann. 82. inutiliter hac in re curioſos quoſdã novi) cumu-
lato mendacio transferunt, cum ſæpe de Magna-
Fam. ſtrad. dec. 2. l. 1. tibus incerta ſpargi, & plerumque pro affectu a-
Tacit. 2. ann. c. 82. trociora & peſſima credi cogitare deberent;
Cuncta inſuper ſi ex longinquo aucta & in deteri-
3. ann. 44. us adferri. Regibus econtra & Principibus opti-
mum remedium erit ſi cum verſutiſſimo Tiberio
præter contemptum rumoribus tempus relin-
quant,

Digitized by Google

quant. quo cito ſeneſcant, cogitentque omnes *2. Ann. c. 70.*
ſere eo fato Magnates naſci, ut aliquid ſaltem *Barcl. Arg.*
pennarum ad hunc viſcum relinquant. *l. 3. c. 14.*

Moſcus.

Imperium mihi ſoli, ſubditis meis nihil præter obſequium relictum.

Dion. Voſs. Ann. Belg. l. 14.

Gentem hancce barbaram cum conſidero, dubitare fere cogor an ſubſiſtere queat illius Anaximandri apud ſæculi noſtri Clariſſimum Satyricum plauſibilis ſententia, ſcilicet cuncta animantia, ductu naturæ, non Regem aut alienam imperij, ſed libertatem, qua nihil ſuavius aut nihil propius cum natura conveniat, ſequi; Omnes itidem homines natura libertati ſtudere & conditionem ſervitatis odiſſe cum gens hæc adeo ſervitutis appetens ſit, ut etiam ipſi Bojares ſeu Principes Imperij Moſavici ſeſe Ducis ſui viliſſimos ſervos & ſcribant & glorientur, cæteraq; mancipia, ſi quando à Dominis interdum libertate donentur proxima iterum venditione & ſervitute teterrima nihil prius habeant referente inſigni quodam ſcriptore. & ne hoſce ſolos ita animatos

Barcl. Arg. l. 1. c. 11.

Cæſ. l. 3. bel. gall. 10.

Olear. itin. Perſ. part. 2.

matos

natos putes, totum fere orientem, uti Turcam, Perſam & Chinenſem ita ſervitutis appetentem eſſe vide inſigniores illarum regionum hiſtoricos.

Turca.

Manſueta benignitas timet in barbaris pectoribus inveniri. Barcl. Euph. Satyr. part. 1.

Ferum Turcarum genus, & ad urbium, artificiorum, ſcientiæ excidium natum, noſtris hactenus vitijs quam ſua virtute felicius fuit Primum illis à ſcythia quam nunc Tartariam appellamus exordium, hinc Perſiam ſeu auxilio vocati, ſeu invitati felicitate viciniæ intrantes, corripuerunt iſtam Aſiæ partem, quæ olim deliciis fluere dicebatur; Hinc ſub Amurathe in Europam tranſvectis Græcia, muſarum illud domicilium conceſſit in prædam, dein diſcordiis noſtris illecti, pannoniam primum, poſt Solymanno ductore Auſtriam penetrarunt ad ipſam uſque Viennam. Dura tamen indole eluctati hactenus humanitatem, in majorum adhuc quaſi hereditaria feritate perſeverant, ut mirandum ſub molliſſimo cœlo, immaniſſima adeo habitare ingenia poſ-

nia poſſe. Conſtantinopolim quendã Mahumete captam habent in præcipuum regni caput, Chriſtianorum liberos de parentum ſinu rapiunt, & veſana ſua imbuunt ſuperſtitione, imo ipſi Principi ſuo quem tamen mira religione Numinis adinſtar colunt, pro lubitu nervum iniicere non erubeſcunt, quo movent vaſtam ſemper ſolitudinem igne ferroque factam relinqvunt, in expugnationibus urbium nec ætatis nec ſexus rationem inſæviendo habent, captos vel teterrimo carcere includunt vel concatenates ad vitæ dies ad trirenes damnant & cum exteris vel minimam ob cauſam, præcluſa omni humanitate crudetiſſime agunt.

Ragotzki.

Si quam periculoſa externa auxilia Polonia perpenderet nunquã me invitaret. Tacit. 6. ann. 4.

Exitioſa plerumq; peregrina auxilia Regnis & Principatibus fuiſſe plus quam ſatis mediocriter in hiſtoriis verſato patet, exempla tamen ſcire ſi lubet, Seleucenſes à Partis advocatis oppreſſi ſunt. Cari à Cyro, Rhegini & Meſſanenſes à Romanis. Polyb. 1. hiſt. Carthaginenſes à Gallis, Hi-

Tacit. 6. ann. 4.

Xenoph. 7. Cyroped.

Digitized by Google

Hiſpanis, Liguribus, Balearibus, Græcis. Græci à PhilippoMacedonum verſutiſsimo Rege. Britanni ab Anglo Saxonibus. Vbb. Emm. 3. hiſt. Friſ. Hieroſolymitani à Saladino. Guil. Neubrig. 3. hiſt. Angl. Hyberni ab Anglis. Apuli à Normannis, Itali à Gallis & Hiſpanis. Guicciard. l. 1. hiſtor. & hinc gloriatur Alcibiades apud Thucididem, Athenienſes non alio modo quam auxilia ſociis & externis ferendo ad tantam petentiam perveniſſe, Et Longobardi à Narſete acciſi pulſis Nobiliſsimis familiis, ſedes ibi ſuas atq; ſuperbum imperium condiderunt. Hinc malebant Legati Fæderatorum pecuniam quam militem Reginæ Eliſabethæ, & peſſime Sequanis accidiſſe ait Iulius ille Cæſar quod Germanos advocaſſent ad auxilium. Romanique auxiliaribus copiis in extrema etiam neceſsitate modeſtiſsime uſi ſunt. Ideoque cernere facile eſt, ſive victoribus Polonis, ſive victis, horridi illius Transſilvani periculoſa auxilia nihil aut parum adiumenti ferre.

Juſtin. hiſt. l. 8.

Joh. Bapt. pig 8. hiſt. Ateſt.

Thucid. l. 6.

Dion. Voß. ann Belg. l. 2.

Cæſ l. 1. b. g. 31.

Tac. 1. ann. 1.

Königsmarck Senior.

Magis fama quam vires meæ hactenus ſtetere. Tacit. 6. ann. 30.

Fortiſsimus hicce belli Dux, quia Bremenſi Duca-

Ducatui hactanus quietus præſedit, ad terrorem
quid attentare volentium, milites informandos
primum, dein transmittentos, magis fama nomi-
nis priori bello parta & turbis Bremenſium ad-
aucta, res ſuas quam militaribus aggreſsionibus
conſiſtere verè affirmat, ex qua tamen ſi magna, *Tacit. vit.*
nõ minus, periculi quam ex mala, cui ſtrenui belli *Agric. 1. ann.*
Duces multa dare ſolent, quæque bella plerumq; *7.*
conficere adſvevit, inque novis cæptis validiſsi- *Liv. 27. 47.*
ma eſt. Magnus ille Orientis domitor Alexan- *Tacit. 13.*
der fama plura quam armis evertit & Solam inter- *ann. 8.*
dum Ducis famam bella profligare Eſavitarum *Curt. l. 4. c. 2.*
Tacitus Strada affirmare audet, eamque plus ſæ- *d. bel belg. d. 2. l. 9.*
pequam ipſa arma valere aſſentitur Politicorum *Tacit. 2. ann. 7. 25.*
ille Princeps.

Fortuna.

Tanta mea varietas eſt, ut Regum Principumve modo hi modo illi in ſummo ſint aut faſtigio aut periculo.

Corn. Nep. Attic. 10.

Non Octavii, Lepidi, & Antonii tantummodo tempore, tanta fortunæ varietas fuit uti Nepos ille opinatur, ſed & noſtra præcipue ætate, mul-

Digitized by Google

multos extollere & plures deprimere Magna
Boxhor. hiſt. part. 2. adhuc gaudet. Quis viliſſimum piſcatorem
validum Neapolitanum Regem evaſiſſe nup
ignorat, quis ſoleo deturbatum Angliæ Stu
tum, ad carnificis gladium eductum, & privat
ſumma Regni occupantem non communiſſi
fama reſcivit, & Poloniæ Caſimirum maxi
cum ſtupore celerrimum Regno profugum c
vulgo & pueris non novit, & plura adducer
niſi odioſa eſſent, ideoque reſtringenda.

Auctor.

Auctor qui finis omniu
cum Dominantibus ſerm
num Regibus & Magnatib
inductis gratias quas poteſt h
millimas agit, ſeque illoru
clementiæ ſubmiſſe comme
dat. Tacit. 14. ann. 56.

Digitized by Google